

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16**

**[S.l.], [11. Jh.]**

Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

**Q**um natus esset ih̄c in bethleem iudae in diebus herodis regis. ecce magi ab oriente uenerunt hierosolimam dicentes. Ubi est qui natus est rex iudaeorum. Vidimus enim stellam eius in oriente & uenimus adorare eum. Et reliqua.

**S**ERMO. **OMELIA. 59.**  
**PAPAE. DE EA.**  
**DEM. LECTI.**  
**ONE EUANGELICA FR̄S.**  
**AUDISTIS. CAELI REGENATO**

rex terrae turbatus est. Quia nimirum terrena altitudo confunditur. cum celsitudo caelestis aperitur. Sed quaerendum nobis est. quid nam sit quod redemptore nato pastoribus in iudaea angelus apparuit. atq. ad adorandum hunc ab oriente magos. non ange-

lus sed stella perduxit. Quia uidelicet iudaeis tamquam ratione utentibus. rationale animal id est angelus praedicare debuit. gentiles uero. quia ratione uti nesciebant. ad cognoscendum dnm non per uocem. sed per signa perducuntur. Quia et illis prophetae tamquam fidelibus non infidelibus. et istis signa tamquam infidelibus non fidelibus data sunt. Et notandum quod redemptorem nrm cum iam perfectae esset aetatis. eisdem gentibus apostoli predicant. eumq. paruulum et necdum per humani corporis officium loquentem. stella gentibus denuntiat. Quia nimirum rationis ordo poscebat. ut loquentem iam dnm. loquentes nobis prae-

dicatores innotescerent. & necdum loquentem. elementa muta praedicarent. Sed in omnibus signis. quae uel nascente dño uel moriente monstrata sunt. considerandum nobis est. quanta fuerit in quorundam iudaeorum corde duricia. quae hunc nec per prophetae donum. nec per miracula agnouit. Omnia quippe elementa auctorem suum uenisse testata sunt. Ut enim de eis quiddam usu humano loquar. Dñm hunc caeli esse cognouerunt. quia partinuis stellam miserunt. Mare cognouit. quia sub plantis eius se calcabile praebuit. Terra cognouit. quia eo moriente contremuit. Sol cognouit. quia lucis suae radios abscondit. Saxa & pa-

rietes cognouerunt. quia tempore mortis eius scissa sunt. Infernus cognouit. quia hos quos tenebat mortuos redidit. Et tamen hunc quem dñm omnia insensibilia elementa senserunt. adhuc infidelium iudaeorum corda dñm esse minime cognoscunt. Et duriora saxis scindi ad poenitendum nolunt. eumque confiteri abnegant. quem elementa ut diximus aut signis aut scissionibus dñm clamant. Quae etiam ad damnationis suae cumulum. eum quem natum despiciunt. nasciturum longe ante praescierunt. Et non solum quia nasceretur nouerant. sed & iam ubi nasceretur. Nam ab herode requisiti. locum natiuitatis eius exprimunt. quem

xii. Tu autē dñs α & ω. qui in presenti die in uero humanae substantiae corpore manifestari dignatus es. m̄.

scripturae auctoritate didi-  
cerunt. Et testimonium pfe-  
runt. quod bethleem hono-  
rari natiuitate noui ducis  
ostenditur. Ut ipsa eorum  
scientia. & illis fieri & ad testi-  
monium damnationis. & no-  
bis ad adiutorium creduli-  
tatis; Quos pfecto bene isa-  
ac cum iacob filium suum  
benediceret designauit. qui  
& caligans oculis et pphae-  
tans. in praesenti filium  
non uidit. Cui tam multa  
in posterum praecudit. Quia  
nimirum iudaicus populus  
pphaeiae spu plenus. & cae-  
cus. eum de qua multa in fu-  
turum praedixit. in prae-  
senti positum non agnouit.  
sed natiuitate regis nri co-  
gnita. herodes ad callida ar-  
gumenta conuertitur. ne  
terreno regno priuaretur.

Renuntiare sibi ubi puer in-  
ueniretur postulat. adorare  
se uelle simulat. ut quasi  
hunc si inuenire possit extin-  
guat. **XII.** Sed quanta est huma-  
na malicia contra consilium  
diuinitatis. scriptum quip-  
pe est; Non est sapientia.  
non est prudentia. non est  
consilium contra dm; Nam  
ea quae apparuit. magos  
stella pduxit; Natum regem  
reppererunt. mureta detu-  
lerunt. et non redire ad hero-  
dem debeant in somnis am-  
monentur; Sicq. fit. ut iam  
quem quaerit herodes. inue-  
nire non possit; Cuius p-  
sona. qui aliam quam ypocri-  
tae designantur. Quidu  
fictae quaerunt. inuenire  
dnm numquam merentur;  
Sed inter haec sciendum est.  
quod priscillianistae heretici

nasci unumquemq. hominem  
 sub constitutionibus stellaru  
 putant. Et hoc in adiutoriu  
 sui erroris assumunt. qd noua  
 stella exiit. cum dñs in carne  
 apparuit. Cuius fuisse fa-  
 tum eandem quae apparuit  
 stellam putant; Sed si eu-  
 angeli uerba pensamus. C  
 quibus de eadem stella di-  
 citur. usq. dum ueniens sta-  
 re supra ubi erat puer. D  
 ñ puer ad stellam. sed stella  
 ad puerum cucurrit. si dici  
 liceat. non stella fatum pue-  
 ri. sed fatum stellae is qui  
 apparuit puer fuit; Sed  
 absit a fidelium cordibus.  
 ut esse aliquid fatum dicant;  
 Vitam quippe hominum solus  
 hanc conditor qui creauit  
 administrat; Neq. enim  
 ppter stellas homo. sed stel-  
 lae ppter hominem factae s;

Et si stella fatum hominis di-  
 citur. ipsis suis ministeris  
 sub esse homo perhibetur;  
 Certe cum iacob de utero egre-  
 deretur. et prioris fratris  
 plantam teneret manu.  
 prior perfecte nequaquam  
 egredi potuit. nisi subsequens  
 inchoasset. Et tamen cum  
 uno tempore eodemq. mo-  
 mento utrumq. mater fu-  
 derit. non una utriusq. uite  
 aequalitas fuit; Sed ad hoc  
 solent mathematici respon-  
 dere. quia uirtus constella-  
 tionis in ictu pungentis est;  
 Quib; e diuerso nos dicimus.  
 quia magna est mora nati-  
 uitatis; Sigitur in ictu pun-  
 cti constellatio permutat.  
 necesse iam erit ut tot dicant  
 fata quot sunt membra na-  
 scentium; Fateri etiam  
 mathematici solent. quod

quisquis signo aquarii nascitur. In hac uita piscatoris ministerium sortiatur. Piscatores uero ut fertur getulia non habet. Quis igitur dicat quia nemo illic in stella aquarii nascitur. ubi piscator omnimodo non habetur. Rursum quos nasci signo librae asserunt trapezitas futuros dicunt. Et trapezitas militarium gentium puuntiae ignorant. Fateantur ergo necesse est. aut hoc in eis signum deesse. aut effectum fatale nullomodo habere. In persarum quoque franchorumque terra reges ex genere procedunt. quibus profecto nascentibus quis aestimare quanti eisdem momenti horarum ac temporum ex serui conditione nascuntur. Et tamen regum

filii uno eodemque sidere cum seruis nati ad regnum proficiunt. cum serui qui secum fuerant nati in seruitute moriantur. haec de stella breuiter diximus. Nema mathematicorum stulticiam in discusam praeterisse uideamus. Magi uero aurum thuris & myrram deferunt. Aurum quippe regi congruit. thuris uero in diuini sacrificii ponebatur. Myrra autem mortuorum corpora conduntur. Eum ergo magi quem adorant. & a mysticis munusculis predicant. Auro regem. thure dominum. myrram mortalem. Sunt uero nonnulli heretici qui hunc dominum credunt. sed ubique regnare nequaquam credunt. In profecto eum thuris offerunt. sed offerre & a aurum nolunt. Et sunt nonnulli qui hunc

regem existimant. sed dñm ne-  
gant. Hi uidelicet ei aurū  
offerunt. sed offerre thus  
nolunt. Et sunt nonnulli  
qui hunc et dñm et regem fa-  
tentur. sed assumpsisse car-  
nem mortalem negant.

Hi nimirum ei aurum & thus  
offerunt. sed offerre myrrā  
assumptae mortalitatis no-  
lunt. Nos itaq. nato dño  
offeramus aurum. ut hunc  
ubiq. regnare fateamur.  
Offeramus thus. ut credam⁹  
quod is qui in tempore ap-  
paruit. dñs ante tempora  
extitit. Offeramus myrrā  
ut eum quem credimus in  
sua diuinitate impassibilem.  
credamus etiam in nrā fuisse  
carne mortalem. Quamuis  
in auro. thure. et myrrā in  
Intellegi & aliud potest.  
Auro namq. sapientia designat.

salomone attestante qui ait;  
Thesaurus desiderabilis. requi-  
esce in ore sapientis. Thure  
aut quod dō incenditur. uir-  
tus orationis exprimitur.  
psalmista attestante qui ait;

Dirigatur oratio mea sicut  
incensum in conspectu tuo;

Per myrram uero. carnis nrē  
mortificatio figuratur.

Unde scā ecclesia de suis ope-  
rariis usq. ad mortem p dō  
certantib. dicit; Manus  
meae distilla uerunt myrrā;

Nato ergo regi aurum offe-  
rimus. si in conspectu illius  
claritate supernae sapientie  
resplendemus. Thus offe-  
rimus. si cogitationes carnis  
per scā orationum studia  
in ara cordis incendimus. ut  
suaue aliquid dō per caeleste  
desiderium redolere ualeam⁹;

Myrram offerimus. si carnis

uicia per abſtinentiam mor-  
tificamus: Per myrtam itaq;  
ut diximus agitur. ne mortua  
caro putre fiat: Mortuam  
uero carnem putrefcere eſt.  
hoc mortale corpus fluxu  
luxuriae deſeruire. ſicut de  
quibusdam p̄ proph̄a dicit:  
Conputruerunt iumenta in  
ſtercore ſuo: Jumenta quip-  
pe in ſtercore ſuo putrefcere  
eſt. carnales homines in ſoc-  
tore luxuriae uitam finire:  
Myrtam ergo dō offerimus.  
quādo hoc mortale corpus  
a luxuriae putredine per con-  
dimentum continentiae cuſto-  
dimus: Magnum uero nobis  
aliquid magi innuunt. quod  
in regionem ſuam per aliam  
uiam reuertuntur: In eo nāq;  
quod ammoniti faciunt. no-  
bis p̄fecto inſinuant quid fa-  
ciamus: Regio quippe nr̄a

paradyſus eſt: Ad quā ih̄u co-  
gnito. redire per uiam qua  
uenimus prohibemur: A re-  
gione et enim nr̄a ſuperbien-  
do. inoboediendo. uisibilia ſe-  
quendo. cibum uetitum gu-  
ſtando diſceſſimus. ſed ad eā  
neceſſe eſt. ut flendo. oboedi-  
endo. uisibilia contempnendo.  
atq; appetitum carnis refre-  
nando redeamus: Per aliam  
ergo uiam ad regionem nr̄am  
regredimur. quō qui a para-  
dyſi gaudiis per delectamen-  
ta diſceſſimus. ad haec per la-  
menta reuocamur: Unde ne-  
ceſſe eſt fr̄i km̄i. ut ſemper  
pauidi ſemperq; ſuſpecti. po-  
namus ante oculos cordis.  
hinc culpas operis. illinc iudi-  
cium extremae diſtinctionis:  
Penſemus quam diſtictus iudex  
ueniat. qui iudicium minatur  
& latet. Terrores peccatorib;

intentat. & tamen sustinet.  
 Et ideo differt uenire. ut  
 minus inueniat quos con-  
 demnat. Puniamus fletib.  
 culpas. et cum psalmistae uo-  
 ce praeueniamus faciem ei  
 in confessione. Uoluptatū  
 fallacia nos ergo nulla deci-  
 piat. nulla uana laetitia se-  
 ducat. In proximo namq. est  
 iudex qui dixit. Uae uob.  
 qui ridetis nunc. quia luge-  
 bitis et flebitis. hinc enim  
 salomon ait. Risus dolore  
 miscebitur. et extrema gau-  
 dii luctus occupat. hinc  
 iterum dicit. Risum depu-  
 tau errorum. et gaudio di-  
 xi. quid frustra deciperis.  
 Hinc rursus ait. Cor sapientiu  
 ubi tristitia est. et cor stul-  
 torum ubi laetitia. Per-  
 mescamus igitur praecepta  
 dī. si celebramus ueraciter

sollemnitatem dī. Gratū  
 namq. dō sacrificium est.  
 Afflictio contra peccatum.  
 psalmista testante qui ait.  
 Sacrificium dō. sp̄s contribu-  
 latus. Peccata nr̄a praete-  
 rita in baptismatis p̄cepti-  
 one laxata sunt. et tamen  
 post baptismum multa com-  
 misimus. sed lauari iterum  
 baptismatis aqua non pos-  
 sumus. Quia ergo et post  
 baptismum inquinauimus  
 uitam. baptizemus lacri-  
 mis conscientiam. Quate-  
 nus regionem nr̄am per uia  
 aliam repetentes. qui ex ea  
 bonis delectati discessimus  
 ad eam malis amaritati re-  
 deamus. **I N O C I . T H I O P H .**  
**I L E C . S C I . I V . S E C . M A T H .**  
**I** N I L L O T E M P . V E N I T I H C  
 a galilea in iordanem ad iohan-  
 nem ut baptizaretur ab eo. & itq.